







*Pra. 20. num. 40.*

21  
DISSERTATIO ACADEMICA

DE

1744 17  
**COMMODIS ET INCOM-  
MODIS TRANSMISSIONIS  
ACTORUM**

QVAM

EX CONSTITUTIONE FRIDERICIANA,

PRÆSIDE

PRO-RECTORE p. t. ACADEMIÆ MAGNIFICO

**D. FRIDER. GOTTLIEB STRUVIO,**

CÆSAREÆ CELSITUDINIS CONSILIARIO JUSTITIÆ,  
ORDINIS SUI PROFESSORE PRIMARIO, FACULTA-  
TIS JURIDICÆ p. t. DECANO,

*VENERANDO DOMINO PARENTE.*

IN AUDITORIO MAJORI

AD DIEM SEPTEMBR. MDCCXLIV.

HORIS CONSUVETIS HABENDAM

*PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT*

**ANTONIUS SEBASTIANUS STRUVE**

KILONIENSIS, LEGUM CULTOR.

KILONII, LITTERIS GOTTFRIED BARTSCHII,  
ACAD. TYPOGR.





1775. 28. Nov. 22.

DISSERTATIO ACADEMICA

DE

COMMUNICATIO  
MODIS TRANSMISSIONIS  
ACTORUM

ORATIONE

EX CONSTITUTIONE HEDERICIANA

PRÆSIDE

PRO-REGORE P. ACADEMIÆ MAGISTRO

D. FRIDER. GOTTLIEB STRUVO

CAUSÆ CÆLSTADINÆ CONSILIARIO JUSTITIE

ORDINIS SUI PROFESSORE HERMANNIO FACULTATIS

IN IURIDICÆ P. DECANO

VENERANDO DOMINO PÆNEATÆ

IN AUDITORIO MAIORI

AD DIEM SEPTEMBER. MDCCCLXII


HABERE CONSTAT HABENDUM

PUBLICO AUDITORIO EXAMINI SUBMITTIT

ANTONIUS SEBASTIANUS STRUVE

KILONIENSIS LEGUM CULTOR

KILONIÆ, LITTERIS GOTTFRIED BARTSCHII  
ACADEMICÆ





TH. I.

**I**nter ea momenta, quæ circa caussas forenses in iudiciis frequenter obveniunt, plurimum notari meretur *Actorum Transmissio*, ad Collegium aliquod Facultatis vel Scabinatus extraneum, quæ multo abhinc tempore huc usque in foris Germaniæ obtinet. Conf. Reinhardi *Disp. de Actor. transm. th. 16* sqq. Atque hæc neque in foro *Holsatiæ* improbatum; vti declarat Textus der *Holst. Land. G. Ordn. Part. III. tit. 24. §. 4. ibi*: Würde es sich auch begeben, daß der regierende Herr Unsers Mittels, zusamt denen beysitzenden Rathen befinden würden, daß die Sachen wichtig, darunter die perplexität oder andere Ursachen sich hielten; warum das Land. Gericht bewogen würde, die Acta auf eine unverdächtige Juristen Facultät zu schicken, und daselbst eines rechtlichen Spruchs sich zu erhalten, solches mag wohl geschehen. Add. Wedderkopf. *Disp. de Introlulat. Actorum cap. 3.*

Transmissio Actorum in foro recepta.

TH. II.

Non tamen iudex regulariter, ad transmissionem actorum faciendam, cogitur, si ipse in causa, ad suum forum & suum jurisdictionis arbitrium competenter delata, sententiam ferre malit. Schwendend. *Process. Fibig. C. II. §. 17. pag. 793.* Sin tamen in aliquo iudicio transmissio ista speciatim recepta sit, tunc partes, citra injuriam iudicis ordinarii, possunt ad eandem prouocare, siquidem tunc ista provocatio, pro specie defensionis habetur. Ac proinde, quando iudex petita actorum transmissio, illam neglexerit, & ipse tulerit sententiam, inde gravamen aliquod ad appellandum evenire, recte statuit Mevius *Part. IV. dec. 335.* Quanquam

Judex regulariter non cogitur ad transmissionem actorum.





enim juxta formam communem judiciorum transmissio actorum ad *arbitrium judicis* referatur. Attamen cum consuetudo in vim legis transeat, utique in illis foris, ubi transmissio, vel per specialem judicii ordinationem, vel per consuetudinem inducta; ibidem illa tanquam beneficium juris commune, intuenda est, ac partibus petentibus non auferenda, nisi forte ex circumstantiis appareat, partem alterutram ex mera calumnia v. g. ad litem protrahendam, vel ad cauſandas immodicas atque superfluas expensas, si forte contra quævis Germaniæ Collegia excipiat, atque ad JCTos extra Germaniam provocet, transmissionem petere. Quo certe casu, officii judicialis auctoritas erit interponenda. Atque hoc modo dissentientium opiniones optime conciliari poterunt. Reinhard *Disp. de transm. Actor. lib. II. & seq.*

## TH. III.

Thema  
Disserta-  
tionis pro-  
ponitur.

Verum cum judices quandoque scrupulosi possint esse in ferenda sententia, ut inde ad transmissionem inclinent; & partes quoque fidei judicis ordinarii interdum se committere nolint; placet, præſenti Dissertatione, secundum *Constitutionem Fredericianam* habenda, rationes ex utraque parte, secundum moralia juris ac politiæ civilis principia expendere: *Num magis consultum sit, causarum decisiones ad solius judicis ordinarii pronuntiationes adstringere, transmissione Actorum omni remota; An vero præſtet, partibus licentiam concedere, ad extraneum Collegium, ut vocant impariale, provocare; aut etiam consultum sit judici indulgere, Acta ex officio, etiam citra petitionem partium ad extraneos judices transmittere?*

## TH. IV.

Methodus  
indicantur.

Et quidem cum contraria, juxta se posita, magis elucescant, prius *Commoda* ex uno latere, ac deinde *Incommoda*



da ex altero latere indagabimus, arbitrio lectori dato, quale decifum eligere, & quodnam alteri præferendum existimet. Neque enim censuram Judiciorum aut Collegiorum, facere volumus, sed utrumque pro libertate Cathedraria, sine malevolentia nota expendemus.

## TH. V.

Et quidem *generatim* operatur hæc Transmissio Acto-  
rum hoc; *ut tanto minus partes litigantes, de sententia sibi* dum gene-  
ratim. *suspecta, conqueri possint.* Et sic omnis querelandi occasio,  
eo magis reinoveatur. Barth. *Prax. Dissens. Centur. VI. num.*  
*543.* In hunc scilicet finem præcedit actorum transmissio-  
nem, *terminus inrotulationis*, ad quem partes speciatim ci-  
tantur, ut, si velint, adesse queant, & introspicere, an acta  
sint integra; atque ut possint contra collegia Jctorum sibi su-  
specta excipere. Porro acta in præsentia partium a ministro  
judicii jurato consignantur, atque ad transmissionem re-  
ponuntur; Denique ex more plurium judiciorum, acta a  
Collegio extraneo remissa, non prius resignantur, nisi an-  
tea in termino publicationis, acta adhuc obfignata a parti-  
bus fuerint recognita, ut sic omnis prævaricationis & doli  
suspicio eo magis præcludatur. Stryck *Introd. ad Prax. Cap.*  
*24. §. 7. & seqq.*

## TH. VI.

Unde fit; *ut iudex se ipsum faciat suspectum, si petitam* Confesta-  
rium. *a parte vrl utraque vel una saltem transmissionem denegat, pro*  
*ut notat Thoenicker Adu. prud. in for. civil. Sect. XVII. n. 4.*  
Quod speciatim confirmat Mevius *Part. III. dec. 40. num. 1.*  
ubi ita scribit. *In Germania vetus consuetudo sic servat, ut*  
*Acta e iudiciis ad Academies vel Scabinatus mittantur, & a*  
*Collegiis Jctorum, quæ ibi sunt & de jure respondendi faculta-*  
*tem obtinuerunt, sententia super litibus petantur. Ex ista postea*  
A 3 *liber-*



*libertate communi factum, ut non tantum iudicibus, si ipsimet aut nolint, aut non possint sententiam concipere, hanc ab ipsis petere integrum sit, sed & partibus, rogare, ut transmittantur. Quod negare suspectum facit iudicem. Idem sentit Leyser medit ad Pand. Specim. VI. num. 4.*

TH. VII.

Commo-  
dum I.

Inter *Commoda Transmissionis* primo recensendum est. *Quod Iudex extraneus magis a studio partium & propensione affectuum alienus, & sic liberius, semotis omnibus affectibus, causam examinare, ponderare, atque decidere possit. Herold Obs. ad Process. cap. 60. num. 21. & seqq.* Si enim domesticus iudex ferat sententiam, non sine ratione verendum est, ne fauor erga agnatum, cognatum, sive naturaliter, sive civiliter, sive spiritualiter talem, plus valeat in iudice, quam lex in Codice. Idem præterea non circa partes solum, verum etiam circa ipsos causarum patronos erit extimescendum. Si enim advocatus causam peragens, ejusmodi nexu iudicem attingat, facile ab ipsius parte, causæ stabit victoria, delectabitur iudex eruditus, quæ putat, scriptis filii sui, agnati, avunculi, affinis, vel alius personæ sibi corrivalis, ut sensim in eius partes sine corruptionis nota trahatur, quippe piaculum sibi ducens, ab eius opinione in sententionando discedere, & sic a vero facillime dimovetur.

TH. VIII.

Rat. dubit.  
ad Com-  
modum I.

Quamvis enim communis sit pro iudice præsumtio, eundem veritatem ac normam iudicii observaturum fore. Attamen fieri vix poterit, ut semper iudex adeo constantis sit animi, quin non a partibus de præsentis conspectu instantibus, hinc inde moveatur, & pedetentim etiam præter opinionem inclinetur, ut vel in dilationibus concedendis,  
vel



vel condemnatione temperanda, vel alio modo huic vel illi parti, plus minusve faveat; quapropter non sine ratione, hanc animi constantiam judici inculcat JCtus in *l. Observandum 19. D. de offic. Praef.* Bene hoc advertit Carpzov. *Proc. Tit. XVI. Art. 1. num. 27. ibi: Quin & accidat, ut prudentes labantur viri, cum non semper sint eodem animi vigore, quandoque & iam gratia vel odio, vel emulatione partium impulsu consulant & judicent; & hinc profecto nunquam non consultum, sententias super actis a JCtorum Collegiis & Dicasteriis efflagitare.*

TH. IX.

Porro per hanc actorum transmissionem: *Præcaventur* Commo-  
dum II. eo magis tentata iudicis domestici corruptiones; quippe quæ non facile in extraneum cadere possunt, cum locus transmissionis partibus occultari debeat, nec antea eum compertum accipiant, quam Actis aut remissis, vel reportatis per nuncium, aut etiam demum in termino publicationis, facta in præsentia partium Actorum transmissorum resignatione.

TH. X.

Præterea conducit hæc Actorum transmissio multum, Commo-  
dum III. ad eradicandas malas fori consuetudines. Sæpius mala consuetudo quædam in foro tam altas egit radices, vel usu longæuo ex conniventia aut potius negligentia iudicum inducta, ut domi nullum consilium suppetat, istam abolendi; cum advocati trita sua via libenter incedant, & iudices vim & auctoritatem suam malæ consuetudini forensi inferentes, sibi suisque fortassis metuant, & sic rem vel negligent penitus, vel etiam audacter semitam antecessorum calcare malint, quam pedem ad justum justitiæ tramitem inflectere. Quodsi ergo caussa ad extraneos & quidem justos ac prudentes



prudentes viros perveniat, facile iudex sub clypeo alienæ jurisprudentiæ tutus erit, ac satis fortis, ad extirpandas istas malas consuetudines, quæ jus fori hætenus dubium, anxium aut etiam insipidum reddiderunt.

TH. XI.

Commo-  
dum IV.

Porro transmissio hæc *Judicem ordinarium eo cautio-  
rem facit, ut ordine juris procedat, ne vitia ejus ab extraneo  
advertantur & detegantur.* Et maxime in annotandis om-  
nibus facti criminalis potissimum circumstantiis, iudex  
cautus & accuratus esse debet, alioquin enim Collegium,  
extraneorum tales ignorans, graviter iudicem in sententia  
sua fallere potest, uti exempla annotavit Oldekopp in *Observ.  
Criminal. Tit. 1. Obs. 7. num. 16. & sqq.* Ex eadem ratione  
iudex integra Acta transmittere tenetur, neque illis aliquid  
debet detrahere. Quod proinde in prævio termino inrotula-  
tionis introspicere Advocati munus est, atque exinde etiam  
numeros fasciculorum, vel paginas atque folia actorum no-  
tare in Actis non inutile erit. Schrad. de Feud. Cap. X. Sect.  
14. num. 32. & num. 50.

TH. XII.

Commo-  
dum V.

Possunt in super partes liberius contra Collegium extra-  
neum in termino inrotulationis excipere, quam iudicem ordina-  
rium, maxime integrum collegium, suspectum facere. Siquidem  
datur excipiendi potestas etiam sine addita causa. Ziegler  
*Introd. ad Proc. cap. 13. §. 6.* Nec iudex potest aut debet, ci-  
tra gravamen partis, Acta ad Collegium exceptum trans-  
mittere. Berlich. *Part. 1. Conclus. 59. n. 15.* At vero hoc se-  
cus se habet in iudice ordinario, quem non licet suspectum  
recusare sibi, nisi allegata & probata iusta suspicionis cau-  
sa, quam sæpe ipsæ partes malunt in latenti potius esse pro-  
pter rationes forte politicas, quam divulgare; & sic necesse  
habent,



habent, se incerto litis periculo exponere, At vero grave est, coram iudice sibi suspecto litigare Stephan. de Offic. Jud. Lib. 1. cap. 6.

TH. XIII.

At posses dicere; præstat partibus sufficientem securitatem, receptum hoc casu *juramentum perhorrescentia*, quo præstito, quis causam suspicionis specialem allegare non tenetur. Verum regeritur (1) hoc multis ambagibus opus habet; exceptio contra Collegia extranea brevius rem conficit, (2) recusantes odium præsentis iudicis propter diffidentiam ejus difficulter evitant; de quo apud Collegium extraneum securus quis esse potest. (3) omnis recusatio iudicis ut suspecti, notam qualemcunque honoris & existimationis ratione gravatorum, ipsi iudicio infert; uti elegantius insinuat Conring in Dissert. de forma iudicior. th. CXII. ibi: *Illud certe dubitari nequit, semper tangi iudicium, quotiescunque iudex accusatur; Accusatur autem vel de inscitia s. imprudentia iudicandi, vel de prava voluntate: Utrumque aut jure fit, aut injuria, & si injuria, vel temere, vel cum calumnia. Quocunque modo suspectus dicatur, sufficienter probari debet ab eo, qui suspicionem in iudicem commovit. De imprudentia autem appellari iudicium nunquam potest, absque quadam eius ignominia. De voluntate aliter se res habet. Duobus enim modis illa depravari solet, aut impetu & affectu quodam animi, aut vero proæretica malitia. Ob affectus fatemur & suspectus facile quis fieri, & vero etiam excusari potest; veluti si inter iudicem & partem adversam arcta intercedat necessitas; Verendum enim hic est, ne iudex patiatur aliquid humani, tale videlicet, quod alienum a nullo ingenio humano est, quippe in quo amor mentis iudicium, ut plurimum antevertit. Fit itaque talis exceptio absque iudicis injuria, quoniam obicitur, non quod iudici,*

Ratio dubitandi ad Commodum V.

B

sed



*sed quod homini, cum aliis omnibus est commune.* Add. Renne-  
man de *transmiss. Actor. Cap. 4. th. 13. 14. seqq.* ibid. Schmi-  
del in *Not.*

TH. XIV.

Commo-  
dum VI.

Sexto potest hoc modo; *Judex magis conscientiam su-  
am tranquillare, per transmissionem Actorum, & requisitam ab  
extraneis sententiam;* Renneman de *transm. Actor. Cap. 4. th.  
16. seqq.* Id quod maxime procedit (1) *in causis, factis aut  
jure dubiis.* Jus nimirum sæpius in factis positum l. 52. §. 2.  
D. ad *Leg. Aquil.* ita, ut quandoque minima circumstantia,  
variet jus, ac juris applicationem. At vero factum etiam  
prudentissimum judicem fallere potest, ut proinde præstet,  
plurimorum judicio dijudicationem causæ relinquere, quam  
viribus sui ingenii nimium confidentius tribuere. Stephan.  
de *Offic. Jud. Lib. 8. c. 12. n. 8.* Elegans quoque ac suave quid  
est Doctores consentientes experiri; vel etiam honestum  
quid est, per probas aliorum sententias corrigi atque ad  
veritatem perducere, & tutius est, plurium judicium sequi,  
quam proprio nimis confidenter inniti. Carpzov. *Proc. Tit.  
16. art. 1. num. 12. 13. 14.*

TH. XV.

Ampliatio  
ulterior  
Commodi  
VI.

Ampliat (2) nostra thesis ut maxime hæc actorum  
transmissio ad hoc proficiat in *Criminalibus;* ubi de vita ac  
fama hominis, vel etiam quandoque maxima fortunarum  
suarum parte agitur, ibi certe vix sufficienti providentia  
incedi potest, ne vel magis vel minus fiat, & aut nocens,  
cum summo aliorum periculo dimittatur, aut innocens  
pereat, & inde vita & fortuna a judicis veluti nutu depen-  
deat. Oldekopp. *Observ. Crim. Tit. I. Obs. 7. 8. 9.* Utile ergo,  
immo fere necessarium foret, manum de tabula adhuc ra-  
sa detinere, & aliorum litteris eandem depingere atque  
exa-



exarandam committere. Id quod optimo proinde consilio, tam in tortura decernenda, tamquam medio eruendi veritatem dubio ac periculoso; quam in definitiva statuenda, injungit Imperator in Sanctione sua *Crim. Art. VII. & Art. CCXXIX. conf.* Carpzovii *Pract. Crim. Quest. 16. n. 4 & sqq.* Bene hoc monet Clafen in *Comment. ad d. Art. 229. ibi: num. 2.* scribit: *Periculosum est unico etiam prudentis hominis iudicio, tam arduum negotium, quod vitam & sanguinem hominis concernit, committere, qui vix poterit solus, aut adhibito collega, cuncta tam exacte examinare, uti facere possunt illi, qui in Academicis jura profitentur, & in convocato Collegio sepiissime singula facti momenta conjunctim expendunt, examinant atque dijudicant.*

TH. XVI.

Tertio hoc maxime iis casibus procedit; *Quando judex extra acta veritatem gesti scit, de qua tamen in actis non satis constat.* Cum enim tali casu, propter varios inde contingentes abusus, indulgendum non fit, *ut judex contra Acta secundum propriam conscientiam judicet;* uti latius deducit Stephani de officio judicis *L. 3. cap. 7. 8.* Idcirco tali casu optimum consilium est, ut vel Acta ad Superiorem, facta scientiæ suæ relatione, dimittat; vel ad Collegium extraneum transmittat, addito pariter scientiæ suæ legitimo testimonio. Ut sic & veritati ac conscientiæ atque pariter officio suo satisfaciat.

Ampliat-  
tur.

TH. XVII.

Huic septimo accedit; *Quod judex Acta transmittens & responsum expetens, ita magis de justitia causæ & sententiæ instruatur.* Constat enim quod sententiæ extraneorum requirantur additis rationibus dubitandi & decidendi; ut sic conspectus totius causæ, quasi in parva quadam tabella si-

Gommo-  
dum VII.



mul adpareat, & sic iudicem de veritate juris ac iustitiæ eo magis convincat. Et ipsum quoque extraneum Collegium, eo magis provide in concipienda sententia procedere debet, ut certa ac indubitata juris fundamenta ponat. Cum enim alias iudex partibus rationes suæ sententiæ edere non teneatur; quandoque inde negligens ac incuriosus fieri queat, fidem magis dictis suis, quam rationibus juris habendo, sub clypeo alieni periculi se ad auctoritatem suam iudicalem refert, ut stet pro ratione voluntas, & pro præsidio auctoritas. At si per Responfa prudentum & allegatas atque discussas hinc inde rationes, de jure certus sit, tutius omnino incedit.

XVIII.

Obiectio  
ad Com-  
modum  
VII.

Obstat; *quod quandoque integra Collegia inter se dissentiant, & penitus contradictoria ferant responsa*; ut sic hoc modo iudex ad incertum pelagus juris coniciatur, nec sciat, ubi anchoram juris figere possit ac debeat. At vero respondetur, hanc incertitudinem iudex peritus, prudens & sagax facile vincere poterit, quando allata, ab utroque Collegio, argumenta æqua lance examinat atque dijudicat. Labes hæc diffusionum, non juris, quod in se certum ac firmum, est, si recte inquiretur, sed personarum est.

TH. XIX.

Commo-  
dum VIII.  
Præjudi-  
catorum  
auctoritas  
major.

Unde octavo, nova & singularis emergit commodi ratio, nimirum; *Certa & sibi constans magis est præjudicatorum s. præjudicatorum auctoritas*. Constat scilicet inter omnes, quantavis atque efficacia in foro in sententiis anterioribus s. *præjudicatis* ponatur, in jure tam constituendo, quam maxime interpretando, adeo, ut nonnulli causarum forensium periti, fere omne punctum & præsidium juris in iisdem collocent. Quod quidem in *thesi* satis recte facta habet & legum judi-

*lurs*



Judicio defenditur; Verum in *hypothesi* multoties contra jus & analogiam juris impingitur, & plurimus abusus occurrit, qui eo ipso evenit, quod quidam satis incaute ac nimis crude, sententiam quorumcunque judicium avide arripiant, & pro veritate juris venditent, parum curiosi, quo sensu, quibus circumstantiis, quo affectu aut animo, inter quas personas & a quibus judicibus, quædam pronunciata fuerit; An bene elaboratae, discussæ ac præmeditatae tales fuerint sententiæ, an non potius per prævaricationem aut inter strepitus judiciorum inconsultos, hæc vel illa fortuito magis casu prolapsa fuerit, quam certo juris ac justitiæ tramite in publicum processerit, & ita formam magis præjudiciorum externam præ se ferat, quam veram justitiæ normam sapiat. At vero hæc omnia juris diverticula, circumstant sæpe judicium, quod domi instruitur, ubi respectus personarum obviis, præjudicia, frequenter sibi invicem contraria, post se trahit, & pro modo temporum ac fortunarum, multifarie ac in varias figuras attemperat, ut certum quid inde ac satis firmum colligi vix queat. Verum ubi sententiæ præsto sunt, a iudice extraneo impartiali, exantlatis hinc inde rationibus latae, certe advocatus prudens multoties ad illas provocare poterit.

TH. XX.

Evenit, Nono, frequentius: *Quod iudex ordinarius unus* Commo-  
*tantum sit*, veluti Præpositus Præfecturæ, *Uitmann*; qui dum IX,  
 potest facilius falsi, quam integrum collegium, ad quod  
 Acta transmittuntur, ubi vota conjunctim plurium rem  
 ac causæ momenta expendunt. Ac proinde integrum magis  
 præsumitur judicium, quod plurimorum sententiis confirmatur  
*Oldekopp. Observ. Crim. Tit. 1. Obs. 7. n. 6. Pruck-*  
*mann. Vol. 1. Conf. 50. num. 3.* His accedit Collegiorum ac  
 Scabinatum juridicorum indoles atque natura. Sunt enim



hæc ita comparata, vt in istis facile non adsumantur, nisi probatæ & consummatæ scientiæ viri, qui vel publica doctrina aut scriptis, aut experientia juris edocti, se exhibuerunt dignos, quibus fides juris ac jurisprudentiæ concedatur. Facile ergo patet, horum fidem in iure dicendo prævalere illis debere, qui cruda sua studia sæpe in forum propellunt, & vix atria juris transierint, & plerumque sellas tribunales ex ambitu patronorum magis, quam doctrinæ meritis obtinuerint.

TH. XXI.

Objectio. Huic opponi potest; *Quod etiam in Collegio sit fides penes Referentem*, tunc autem dem Referenten hauptsächlich an, qui pariter potest momenta quædam præterire ac in errorem induci. At respondetur; Ille non solus rem conficit, sed vota collegarum simul colliguntur, qui in causis arduis ac criminalibus, omnes solent Acta inspicere; vel etiam si cui ex Collegis relatio videatur nimis jejuna, aut causam non satis exhibens, quilibet Collegarum potest ad inspectionem provocare, vt sic vitium facile possit detegi. Præterea in nonnullis Collegiis extat Referens & Correferens, ut sic quod unus forte prætermisit, alter adhuc notare queat. Exemplum extat in ordinatione Provinciali Ducatus Holstatiæ *Lib. III. tit. 24. §. 1. ibi: Damit die Acta unverzüglich dem Referenten, und folglich dem Correferenten, dergestalt daß einet von dem andern keine Wissenschaft habe, übergeben werden. Insuper in aliis Collegiis est Professor primarius, qui juxta ordinationem forte Collegii peculiariter Ordinarius vocatur, qui singula acta & sententias revidere debet, cum potestate corrigendi vel declarandi; ut sic sententia non unius Referentis arbitrio sit commissa, sed plurium oculos & meditationes transire debeat. Quod secus in iudice ordinario uni-*



unico, penes quem arbitrium statuitur & jus & norma sententionandi. Quod institutum certe, remota transmissione est multo periculosius.

TH. XXII.

Porro objici possit; *Quod major pars votantium non semper sit sanior.* Verum facile patet, si rem penitus considerare velimus, quod non votorum numerus sed rationes a quoquo allegatæ ponderandæ sint, quibus pars maior votantium sese facile accommodabit, creditis & cognitis rationibus in contrarium, quandoquidem collegæ non tantum religionis judicantium, verum etiam honoris atque existimationis sui Collegii velint & debeant esse memores. *cap. 28. X. de Elect.* Engelbrecht. *Disp. de pluralitate vtor. Th. IV.*

Objectio  
alia,

TH. XXIII.

Decimo commodis transmissionis accenseri potest, quod hoc modo; *Judex ordinarius invidiam Collegarum dissentientium declinare queat.* Et sic magis hæc transmissio facit ad servandam Collegii concordiam & conciliandos Collegarum animos. Contingit enim sæpe, ut inter plures numero dissensus sit facilis, & major pars, quæ vincit minorem facile aliquid invidiæ sibi attrahat, quæ spiculam occultam injicit mentibus, ut idcirco quandoque dissolutæ fiant, & tectæ similtates, quæ infinita mala, tam publica, quam privata adferunt. Reinhard. *Disp. de transm. Actor. th. 30. 31.*

Comme-  
dum X.

TH. XXIV.

Inde maxime utilis erit hæc Actorum transmissio; *Quando causa, super qua pronuncian- dum est, concernat mem- brum aliquod illius Collegii a quo ferenda sententia.* Quamquam enim hoc casu moris sit, ut eo tempore, quando vota Collegii super tali causa sint colligenda, soleat ille secedere, atque a votando penitus abstinere, cum nemo judex queat esse in pro-

Commo-  
dum XI,



propria causa. Attamen vix ac ne vix quidem fieri potest, quod non respectus personæ Collegas vel quolibet modo inclinet, ut non ita libera sint vota, atque a iudice extraneo expectari possunt.

TH. XXV.

Commo-  
dum XII.

Pariter, duodecimo, ita: *Judex ordinarius odium partium evitat.* Rarissime nimirum evenit, ut per sententiam latam, utriusque partis desiderio satisfiat. Quod enim de sententia inter volentes lata leges commemorant, magis vel ad speciem alicujus compromissi conventionalis, vel ad nudam confirmationem placiti, inter partes jam consensu mutuo definiti, referri debet. *l. 26. D. de re jud.* Schroeter. *in Disp. de sententia inter volentes lata. Th. 3.* Verum uti partes litigantes in lite ipsa & exceptionibus hinc inde expositis, inter se non conveniunt; ita plerumque in sententiæ tenore explicando inter se discrepant, uti patet ex *Recessibus*, qui se ad sententiam submitunt, & cum quisque eam *sibi salutarem* expetat, fieri aliter non potest quam ut irascantur quadantenus iudici, qui sententiam hujus vel illius voto contrariam pronunciat. Id quod exinde satis conspicuum fit, quia ex Actis observare licet, quod pars supplicans vel leuterans, ut plurimum extranei referentis rationes carpat ac falsè perstringat, quanquam sæpius innocentes, & iusto juris fundamento instructas. Hæc ergo scommata partium præstat in extraneum Collegium rejicere, quam se præsentem tangentia exaudire.

Th. XXVI.

Cautela,

Ad quem finem eo magis obtinendum, optima cautela conducit; ut, si facta fuerit Actorum transmissio, eademque domum redeant, non prius a iudice priuatim resignentur; Verum resignatio illorum differatur usque ad terminum



num publicandæ sententiæ. Atque tunc Acta prius clausa & obsignata producantur, & partibus præsentibus dentur ad sigillum Facultatis recognoscendum, quo illaeso deprehensio, demum fit, in præsentia illarum, resignatio & sententiæ publicatio; ut sic omnis suspicio suggestionis & surrogationis amoveatur. Stryck. *Introd. ad Prax. Cap. 21. §. 13.*

Th. XXVII.

Experientia porro docet, maxime in *judiciis inferioribus*; Commo-  
dum XIII.  
*Stadt- und Nieder-Gerichten* quod iudicium committi solet hominibus *imperitis aut certe non sufficienti jurium notitia imbutis*. Uti conqueritur Stephani de *Off. jud. Lib. 1. cap. 2. n. 8. g. ibi*: *Redeant virtuti ab antiquis Romanis aliquando constituta premia. Ad honores evebantur viri boni & sapientes; Sed hodie habemus omnino ignaros & ineptos; verum etiam artium humanarum & totius honestatis inexpertes, optimis & virtute ornatiss, humili loco existentibus. At fortasse Deus aliquando suorum miseris hic sævem imponet, ut aurum, ut adulatio & cetera id genus imposturæ ab electionibus exulent, illique hic ad gubernacula admittantur, qui viri boni & habebuntur, & erunt. Utile ergo omnino est, immo fere necesse; horum iudicia ac sententias definitivas ad minimum, ad consilium peritorum in arte ablegare; uti advertit Clafen *Comment. ad Constit. Carol. art. 229. §. 2.* Immo moribus Saxonis fere necessarium habetur in eiusmodi inferioribus iudiciis acta transmitti. Carpzov. *Proc. Tit. XVI. art. 1. num. 21.**

Th. XXVIII.

His obstat 1) quod talia iudicia inferiora plerumque sint *Obiectio-  
sub Præsidentu Syndici Civitatis*, qui iurium peritus esse de-  
bet ac solet. 2) Quod horum processus, sæpe ex stylo & con-  
suetudine fori dependeat, quem facile etiam iurium alias  
imperiti, experientia & continuo usu addiscere possunt, ut

C

non



non opus habeant, desuper extraneos requirere. 3) Quod  
causæ leuiiores soleant in his iudiciis inferioribus tractari,  
ubi plus sæpe naturalis sagacitas & æquitatis norma præva-  
let intricatæ iurium civilium sapientiæ. 4) Quod semper  
recursus pateat ad superiora iudicia per relationem, &c. At  
respondetur; jurisprudentia ista empirica est nimis vaga at-  
que incerta, ut certum inde juris ac justitiæ fundamen-  
tum expectari non possit. Deinde constat; Quod in talibus  
iudiciis sæpe vota adfessorum & vociferationes advocato-  
rum plus valeant, quam iudicium prudentis directoris, ut  
æquitas inde cerebrina consultam quoque legis decisionem  
vincere soleat.

TH. XXIX.

Commo-  
dum XIV.

Unde novum provenit transmissionis commodum:  
*Quod ita gravariini, a pronunciatione imperiti iudicis metuen-  
do, magis præcaveri, & honor atque existimatio iudicis, a parti-  
bus ad extraneum provocantibus, tuta atque integra servari possit.*  
Siquidem iudicis domesticæ decisio partibus quidem, innotescit,  
sed ab aliis non multum ac satis inquiritur, ut sic major  
imperiti vel mali iudicis audacia. At si Acta ad extraneos trans-  
mittantur, magis in publico habitu comparet justitia. Licet  
enim partibus locus transmissionis ignotus esse debeat; attamen  
postea in termino publicationis patefit. Quamvis enim  
ordinaria dentur partibus per sententiam iudicis imperiti gra-  
vatis remedia; nimirum quando sententia contra jus con-  
stitutionis, ex imperitia est dicta; datur remedium nullitati  
*l. 2. C. qu. prov. non est nec:* Item partes sibi per remedium  
appellationis consulere possunt; Attamen præstat causam  
intactam servare, quam post illam semel per sententiam vul-  
neratam, remedia quærere. Etenim licet pars gravata, ob  
nullitatem sententiæ non subeat periculum causæ, impendit  
dio.



diorum tamen facile jacturam facit, quippe quæ difficulter recuperantur. Et actio quoque, quæ contra judices imperitos de jure civili est prodita, ut litem suam facere dicatur, & partibus ad indemnitatem obligetur *pr. f. de. oblig. qu. quas. ex delict. nasc.* fatis in se onerosa atque molesta est, ut præstet eam declinare.

TH. XX.

Maxime vero utilis est hæc *transmissio* in casu *interpositæ* *Commodum XV.*  
*supplicationis, leuterationis vel petite restitutionis in integrum,*  
*nec non remedii nullitatis.* Etenim constat, quod talia remedia juris non mutant instantiam judicii, verum causa ejusque decisio maneat adhuc coram arbitrio ejusdem judicis. *Auth. quæ supplicatio C. de prec. imp. offer. Carpzov. Proc. Tit. XVII. art. 1. n. 24.* Jam vero idem judex, vel affectu honoris, vel præconcepta quadam opinione occupatus, non facile ipse corrigit suam sententiam, aut nullitatis admittæ se ipsum accusat. Quæ impedimenta cessant in iudice extraneo, cujus cognitioni causa committitur. In quem casum Sanctio imperii expresse prospicit, atque transmissionem Actorum injungit. *Reichs Deput. Abschied de anno 1600 §. 16.* verbis: *Das denen Unterthanen frey stehe, da sie unter der Summe, darin nicht appelliret werden mag, sich beschweret zu seyn befunden, sösche ihre gravamina per viam supplicationis, bey ihrer ordentlichen Obrigkeit in gebührender Zeit Rechts anzubringen, welche auch schuldig seyn sollen, dieselbe anzunehmen, und per modum revisionis ex iisdem Actis auf eine Universitat, oder dreyen Rechts-Gelehrten ad revidendum zu überschieken.* *Add. Rec. Imp. de anno 1655 §. 113. conf. Gundling. Disp. de transmiss. Actor. Legib. Imp. permissa Cap. 1. §. 16 & sqq.* Unde per Ordinationem Pomeranicam expresse provisum, ut in casu nullitatis ac simili fiat Actorum ad extraneos iudices transmissio,



missio, uti docet Mevius *Part. 3. dec. 231.* Wedderkop. *Disp. de Inrotulat. Actor. Cap. 3. n. 50 & seq.*

TH. XXXI.

Commo-  
dam XVI.

Denique hæc transmissio speciatim circa *processum oralem* hoc operatur: *Ut elidatur omnis nociva advocatorum facundia, quæ judicem solida doctrina non satis instructum, coram quo præsentem verba faciunt, sæpius præoccupat, de jure dubium atque incertum reddit, & ita facile a vero justitia tramite avertit.* Quos proinde *causarum ac litium concinnatores* vocat l. 9. §. 2. *D. de Offic. Proconsul.* Constat nimirum, quod in illis judiciis, ubi oralis processus receptus est, & ubi advocati in præsentia judicis, verba ad calamum dictare solent, frequentissime eveniat; ut quædam inter dictaturam faciant interstitia, atque ad informandum melius de facto judicem, oretenus quædam, extra protocollum, interloquantur, sensim quædam immiscendo, quibus animus judicis præconcepta quædam opinione imbui possit, quæ deinde in ipsam votationem & sententiam definitivam recte influere possent; idque eo audacius fieri potest, cum vox audita pereat, & sic astutia quidem advocati non detegatur, spiculam tamen in animo judicis relinquat. Diserte hoc exponit vir quidam non ignotus, scriptis suis maxime illustris; in scripto postumo, quod inscribitur *Verbesserung des Justiz, Wesens th. V.* ubi ita scribit: *Denn es ist auch nicht zu läugnen, daß in caussis arduis & perplexis, absonderlich deren decision auf vielen Documentis, Rechnungen und rotulis attestacionum beruhet, bey dem blossen oral-Process, und wenn continua serie ohne Aufschub von denen Advocatis datim gehandelt werden muß, und es auf die Dictata ad Protocollum lediglich ankommt, verschiedene momenta causæ gar leichtlich überhüpffet, ausser Acht gelassen, sinistre verstanden, verdrehet, übel gedeutet und durch plausible Einfälle des von seinem Gegner mit einem hurtigeren ingenio und mit einer beschwä-  
teren*



teren Zunge begabten Advocati, so, wie es zu seinem Zweck dienet, enerviret und verdunckelt, oder auch exaggeriret und scheinbar gemacht, mithin die Richter zu Fällung eines ungerechten Urtheils verleitet werden können, um so mehr, wenn factiones, partialitäten favor personarum und andere zwar unziemliche, doch der menschlichen Natur leider, gar zu sehr anlebende Absichten, sich ex parte quorundam judicum præpollentium mit hinein mischen. Imo quandoque subdole quædam in dictando omittuntur, quæ suppleantur per discursum oralem, qui judicem præsentem captat, movet, trahit. Quæ tamen omnia evitantur, Actis ad extraneos transmissis, qui os ac vultum advocati non conspiciunt, nec verba infidiosæ solertiæ exaudiunt.

TH. XXXII.

Præterea in nonnullis causis aliter fieri non potest, quam ut Acta extra judicium ad alios peritos transmittantur, scilicet in causis, quæ regulas artis cujusdam mechanicæ attingunt, quod vocatur alias *judicium item testimonium peritorum in arte*, quod omnino ad informandos judices est necessarium, Berlich. P. I. Concl. 59. n. 31. Maxime si dissensus quidam vel controversia obveniat inter integra opificum collegia. vid. Du. Præf. System. jurisprudent. opificiar. Tom. III. Cap. VIII. Th. 2. Pariter in causis mercaturæ concernentibus ad judicium mercatorum Rauffutannis videtur, sæpius & recte provocari potest. Berlich. P. I. Concl. 59. n. 30 & 39.

TH. XXXIII.

Inspectis iis, quæ ad commoda transmissionis referri queant; dispiciendum quoque est de *Incommodis*, quæ inde possint emergere. Videtur nimirum primo hæc transmissio, *destrahere aliquid auctoritati ordinarii judicis*; partim ex eo, quod data partibus licentia provocandi ad extraneum collegium, hoc modo possint sententiam judicis sui com-

VXXX. HT

C 3

petentis



petentis declinare, siquidem per decretam actorum transmissionem iudicis iurisdictione suspenditur, ut pronuciare in isto puncto causa non debeat. Mevius *P. 3. Dec. 68*; partim ex eo, quod ita acta & gesta ordinarii iudicis, censura extraneorum collegiorum subiciantur, quæ quandoque confidentia doctrinæ plus scribunt, quam aures ac oculi iudicis, maxime dignitate superioris, patienter ferre possint.

TH. XXXIV.

Resolutio.

At salva res est 1) ex eo, quia collegium extraneum nullam iurisdictionem habet, neque etiam *exequitur* jus, sed tantum *dicit*; & sic ubi nulla iurisdictione, ibi nulla prorogatio. *l. 3. C. de iurisd.* Add. Dn. Præf. *Disp. de iurisdic. prorog. Cap. IV. Th. 1 sqq.* 2) Collegium tale nomine requirentis concipit sententiam, & sic mandatum saltem exercet iudicandi officium, nihil vero sibi, de iurisdictione arrogat. Reyher de *Resp. Prud. num. 70. 71.* Consilium tantum suggerit, non jus statuit, id quod declarant verba tali sententiæ adjecta; Erkennen Wir ic. auf eingeholten Rath auswärtiger Rechts-Gelehrten vor Recht. Et quanquam iudiciorum stylo non ubique receptum sit, ut in sententia a collegio extraneo concepta, nomen iudicis specialiter exprimatur. Carpov. *Proc. Tit. XVI. Art. 1. num. 48 & sqq.* Attamen notandum est; Quod vis sententiæ non dependeat a conceptione, verum a publicatione, & ab auctoritate iudiciaria ejus, qui eam partibus publice pronuciat. Ac proinde recte Carpovius *d. l. n. 85.* in hæc verba concludit: *Nimirum quia Juri in suis responsis consulere tantum non iudicare videntur, nec enim ulla iis iurisdictione competit, sed iudicem saltem informant, consiliis suis adjuvant, quare nec quicquam pro potestate ac vi propria auctoritatis jubere & iurisdictionis exercere possunt, relicta iudici facultate.*

TH. XXXV.



TH. XXXV.

Videtur præterea secundo hoc modo *Judex prodere suam Incom-*  
*ignorantiam juris*, quod quasi propriis viribus diffusus, alie-  
 num braccium impleret, ad extricandos controversiæ  
 nodos, quod judici, quotidie jus dicenti indecorum, & sic  
 effato JCTi in l. 2. §. 43. D. de Orig. jur. objurgandus foret.  
 Advertit hoc ignorantiae præsidium & hoc casu transmissio-  
 nem improbat Ludov. Einleit. zum Civil-Proc. Cap. 24. §. 3.  
 At vero potius modestiæ nota est, non sibi soli sapere velle,  
 sed potius cum extraneo collegio communicare. Unde be-  
 ne Carpzovius Proc. Tit. 16. art. 1. num. 26. scribit: *Non im-*  
*becillitatis sed prudentiæ argumentum est, consulere alios & ex*  
*plurium suffragiis quod melius & æquius est, statuere, & quem-*  
*admodum auri bonitas, tum facile noscitur, cum alteri auro*  
*comparatur, aut etiam attritum mutuo affricatur: sic in consiliis*  
*ubi plurium audiuntur sententiæ, optimum quod est, cognoscitur.*

TH. XXXVI.

Tertio advertendum; *Quod simul jus patrium & dome-*  
*stica fori consuetudines in discrimen adducantur, quas collegium Incommo-*  
*extraneum forte ignorare potest.* Facile enim præsumendum  
 est; *Quod judex transmittens, meliorem habeat consue-*  
*tudinis patriæ notitiam, quam collegium extraneum, ad*  
*quod Acta transmittuntur.* Mev. ad jus Lub. L. V. tit. 9. art. 2.  
 in Addit. ubi hæc leguntur: *Moribus obtinet, peti aliunde ex*  
*consilio JCrorum sententias. Est penes judices, ab istis rogare le-*  
*ctionem actorum & super iis judicium, quod dicitur ex officio*  
*Acta transmittere, ut fieri solet in casibus dubiis & intricatis,*  
*aut si quedam contra judicem exsurgunt suspiciones, easque eva-*  
*dere cupit. Quod relictum arbitrio judicis, partibus etiam in-*  
*vitis decernitur. Causa tamen aliquando existit, cur & hic ju-*  
*sta causa sit petendi, ut judex ipse acta legat, causam discutiatur*



Et judicet. Sicut cum illarum, tum & civitatis interest hoc fieri, quando super jure vel ex statuto, privilegiis, consuetudine, aut quod alias loci proprium, nec alibi perinde cognitum, sententia dicenda est. Nam ut istorum recessus non per eque Jctis peregrinis perspecti sunt, atque domesticis, ita non tam exactum sperari poterit judicium. At vero potior semper consuetudinis, quam juris scripti habetur ratio. Unde etiam Doctores patriæ testantes de consuetudine patriæ præferuntur testimoniis extraneorum, qui contrarium ingerunt. Schœpf. *Syn. Pand. Tit. de LL. num. 48 & sqq.*

TH. XXXVII.

Obiectio diluitur.

At regeri posset: Quod usi fori servari soleat: ut si quando momentum aliquod causæ in jure ac consuetudine patriæ singulari ac particulari fundatum sit; extractus Ordinationis provincialis aut statuti, quoad punctum concernens, Actis sub fide publica superaddatur, ut inde extraneus judex se sufficienter informare queat. *Mevius Part. 3. Dec. 40. Stryck. Introd. ad Prax. Cap. 21. §. 11.* Vel etiam specialis consuetudinis patriæ fit mentio in litteris requisitoriis, in denen An- oder Frag-Schreiben, ut sic dici non possit, ab extraneo judice esse ignoratam. At huic objectioni responderi potest; aut articulus statuti vel juris provincialis est certus ac clarus, & tunc non facile lis oriri poterit; aut si tamen tale quid eveniat, simplici decisione judicis res expediri poterit, & supervacua foret provocatio & transmissio ad extraneos. Aut, uti plerumque fit, dubium saltem periculosum videretur interpretationem extraneo collegio committere. Sive enim authentica opus foret interpretatione, & talis est reservatum principis territorialis, & prudentiæ legislatoriæ non judiciariæ competit. Aut interpretatio



tatio Doctorum doctrinalis est necessaria; hæc juxta statum  
 cujusvis provinciæ tam internum quam externum, & jux-  
 ta analogiam juris patrii fieri debet. Quæ omnia cum a  
 collegio extraneo ignorari possint, fit ejus decisio dubia.  
 Quo pertinet provida ordinatio Dicasterii aulici Bremensis  
 & Verdensis *Part. III. Tit. 1. §. 8. ibi*: So soll ihm solches bey  
 Deutschen Gerichten übliches beneficium nicht verwegert werden.  
 Es wäre dann, daß über dem Verstand der Land-Rechte, Constitu-  
 tionen und Gewohnheiten der Streit wäre, dero Deutung fremden  
 Richtern nicht hinzulassen. *Add. Wedderkopp. Diss. de intro-  
 lat. Actor. Cap. 3. num. 30 & seq.*

TH. XXXVIII.

Quarto ex admitta Actorum transmissione *asylum ali-* Incommo-  
*quod atque presidium supina ignavia existeret*: Quod judex *dum IV.*  
 Acta evolvere & revolvere nolit, aut vires animi intendere;  
 Will sich nicht den Kopff zerbrechen, und lieber der Mühe überhoben  
 seyn. Prout notat Schrad. de feud. *Part. 10. Sect. 14. num. 53.*  
 Rennem. de transmiss. *Actor. Cap. 4. th. 12.* Schmidel. in *not.*  
*lit. a.* Primario enim judicis officium in eo consistit, ut  
 non solum directorium processus observet, verum etiam  
 ipsa Acta perlegat, momenta causæ sibi notet, & regulariter  
 sententiam ferre debeat; a judicando enim judex est di-  
 ctus. Stephani de *Offic. Jud. L. 5. cap. 12. num. 6.*

TH. XXXIX.

Aliud etiam quinto ex transmissione Actorum judici *Incommo-*  
 permiffa, nascitur incommodum: *Quod detur inde recte* *dum V.*  
*gratificationi persona faciendæ occasio.* Nimirum quando par-  
 tes in certum aliquod collegium non mutuo compromife-  
 runt, liberum est *judici locum transmissionis eligere, quem velite*  
*modo hoc fiat incisiis partibus.* Ziegler. *Intrad. ad Proc. Cap. 13.*  
*§. 9. 10.* At vero cum constet, in certis collegiis opiniones

D

quas-



quasdam prædominari, ita v. g. ut nonnulla nimis rigorose formalia & singula puncta processus minutatim spectent; alia vero laxiorem formulam admittant. Alia sint magis pro auctoritate judicis & refrenanda advocatorum immoderata licentia; alia facundiæ forensi plus magis indulgeant; Alia ad sponsalia dissolvenda; alia ad arctius contrahenda concludant; Alia in pœnis dictandis sint graviora; alia mitiora. Alia magis juri stricto ac subtili inhæreant; alia magis ad æquitatem & simplicitatem juris naturalis inclinent. Atque tales opiniones in collegiis solent accurate observari, & quasi de manu in manum tradi, ad servandam præjudiciorum suorum conformitatem. Judex ergo causarum forensium peritus ac providus, parte hoc ignorante & contra hoc vel illud Collegium, ex præjudicio opinionum sibi suspectum, non excipiente, potest tecte & licite partem circumvenire, & *casum*, ut vocant, *pro amico* satis tuto figere, atque ad tale collegium Acta transmittere, unde propitiam sibi & ex voto congruam expectare poterat sententiam. Lange *Disp. de transm. Actor. th. 16 & seq.*

TH. XL.

Incommo-  
dum VI.

Sexto inter incommoda merito referri poterit; *Quod litis ita multum protrahatur, quæ brevius & citius per sententiam judicis ordinarii poterat expediri.* Mev. P. V. Dec. 358. Potest nimirum illa litis protractio multis modis contingere; 1) Quando partes sæpe ex malitia, adversus proxima Collegia in termino inrotulationis excipiunt, ut saltem transmissio- ni locus sit ad nimis remota & longinqua collegia, unde temporis ratio consumatur, sicuti optime notat Brunne- mann. de *Proc. Civ. Cap. 27. n. 6.* Ut inde tali provocationi non sit indulgendum, juxta monitum Mevii *Part. VIII. Dec. 221.* Vel etiam 2) collegii extranei assessores, cum de eo- rum



rum melle præcipue non agatur, tempus relationis ex fo-  
cordia quadam, nimis in longinquum provehunt, & suæ  
commoditati magis inferviunt, quam partium commodis.

TH. XLI.

Exinde simul contingit; *Ut partes litigantes per hanc* Incommo-  
dum VII.  
*transmissionem onerentur sumtibus.* Prout notat Mevius *Part. V.*  
*Dec. 358.* Et sic victoria quoque foret onerosa, cujus com-  
modum sumtus litis aggravati absorbent. Id quod maxi-  
me exinde solet contingere, 1) quod taxa nonnullorum col-  
legiorum nimis sit larga, 2) quod nuncii qui actis portan-  
dis & reportandis occupantur, in itinere sæpe moras frivo-  
las nectant, ut plures dies mercenarii infumantur.

TH. XLII.

Porro hæc *transmissio Actorum, impedit officium judicis* Incommo-  
dum VIII.  
*nobile, quod ad lites abbreviandas, & calumnias litigantium*  
*reprimendas, possit alias magis & melius interponere.* Constat  
nimirum, quod obveniat inter litigantes vel eorum advo-  
catos quandoquo *solertia* quædam alteri parti quidem satis  
commoda, alteri vero onerosa, v. g. prorogando fatalia,  
petendo, indulgendo dilationes supervacuas aut non satis  
per spectis & probatis causis &c. Has certe partium vel ad-  
vocatorum tectas calumnias, judex domesticus, qui capita  
litigantium ante se habet, satis certe inspicere, præcavere  
ac prudenti sua auctoritate disjicere potest; *Kan durch-  
greiffen*, uti vocant. At judex extraneus strictius omnino  
ad regulas juris & formam judiciorum astrictus est, nec  
potest hæc omnia ita penetrare. Ex eadem ratione judex  
aliquando potest a regulis juris recedere, si causæ consul-  
tum hoc videat. Stephani de *Offic. Jud. Lib. 3. cap. 220.* & sic  
litem sopire. Maxime princeps territorii supremus ex ple-



*nitudine quadam potestatis, causam potest decidere, durch einen Macht-Spruch. Hoc autem Actis transmissis collegio non licet, licet fundamentum & causam pro se habeat, imperiali decisione dignam.*

TH. XLIII.

Incommo-  
dum IX,

Ad incommoda nono referri debet *creber collegiorum dissensus*, qui animum iudicis providi magis infirmum ac dubium reddit, quam confirmat. At vero advertendum hic est: An iudex acta judicialia, ad concipiendam sententiam, sive ex officio, sive ad instantiam partium transmittat; An vero partes transmissis suis Actis manualibus responsum impetraverint, ut quotidie fieri videmus, atque idem ad Acta exhibeant. Priori casu dissensus oritur, vel in quaestionibus juris controversis & caesarea decisione dignis. Et iudicis prudentis erit, si ad suam tantum informationem responsum petierit, sententiae saniori accedere. Nec enim tali casu sententiam ita publicare tenetur, uti concepta est ab extraneo collegio, verum eam privatim aperire, & melioribus rationibus instructus reformare potest. Sin partes provocaverint ad extraneum collegium, non sua sed partium res est, & sic dissensum talem advertere opus non habet. Sin vero partes elaborata responsa collegiorum ad Acta dederint, tenetur quidem eadem, etiam citra communicationem parti adversae factam, ad Acta recipere, & fiunt pars Actorum, juxta Recessum Imperii novissimum de anno 1654 §. 96. Blum. Proc. Camer. tit. LXIII. num. 24. At iudex in pronunciando non tenetur eadem sequi, & idcirco neutri parti dissensus collegiorum praedjudicat. Accedit quod talia, a partibus in favorem causae exhibita responsa, tacitam in se habeant clausulam, modo partes requirentes fide-



fideliter causam ac speciem facti recitaverint; *prout enim interrogatum, ita responsum habetur*, juxta vulgatum illud; **Wie man beichtet, so wird man absolviret.** Et sic circumstantia contraria ex Actis publicis apparens totum illud responsum evertit, & dissensum responsi ex altera forte parte pariter exhibiti, conciliat, vel etiam utrinque enervat. Herold. *Proc. jur. comm. & Saxon. cap. 22. n. 3 & sqq.*

TH. XLIV.

Porro aliud enascitur incommodum; *Ut saepe frustra* Incommodum X.  
*nea sententia ab extraneo collegio adferatur.* Es kommt ein  
**leeres Urtheil.** Quando forte extraneus judex nimium subtilitatibus atque apicibus juris inhæret, formalia processus nimis rigide observat, clausulas & adjuncta libelli, ultra modum examinat, & magis *formam*, quam *materiam* causæ ponderat. Unde non potest non vacua quædam oriri sententia, plus in verbis quam in re habens. Accidere etiam tale quid potest, circa sententiæ executionem, ut propter ignorantiam extranei judicis, qualitatis personarum, vel objecti executionis, minus accommodabilis fiat sententia. Idem sentit Reyher. in *Disp. de resp. prudent. num. 65.* ibi: *Porro Doctores satius esse putant, Academiam vicinam eligere, quia remotiores plerumque jura provinciarum ignorant, aut stylum curiæ nesciunt, aut qualitates personarum, aut alias circumstantias parum ponderant, ita, ut sæpius sententiæ ridicula, contraria & nulla, quoad executionem impossibiles, reponentur.* Add. Bullæus *Hor. subcis. Disc. IX. num. 19.*

TH. XLV.

Simili modo superflua foret Actorum transmissio at- Incommodum XI.  
que ideo cessare debet: *Si cussa sit plana, manifesta, ac in*

D 3

debi-



*dubitato jure vel communi aut provinciali vel statuario decisa.*  
 Uti bene monet Schrader. de Feud. P. 10. Sect. 14. num. 52.  
 Rennem. de transmiss. Act. Cap. 2. §. 7. Modo tamen hoc  
 manifeste appareat, neque enim sufficit alterius tantum  
 partis de notarietate juris vel facti protestatio; uti bene  
 monet Reinhard. Disp. de Act. transm. th. 33.

Th. XLVI.

Incommo-  
 dum XII.

Immo in totum *otiosa* videtur illa *Actorum transmissio*,  
*cum judici impune permittitur sit, inde recedere, illamque cor-*  
*rigere & emendare.* Cæppen. Lib. II. Obs. 109. Quamquam  
 enim jure Romano tanta fuerit responsorum vel unius JCTi  
 auctoritas, ut judici inde recedere non liceret, uti constat  
 ex §. 8. Inst. de jur. Nat. Gent. & Civ. Attamen post tempora  
 Augusti Imperatoris hac auctoritas, iis tantum responsis,  
 illorum JCTorum attributa, qui publicam a Principe de ju-  
 re respondendi facultatem impetrassent. l. 2. §. fin. D. de Orig.  
 jur. Hoc ulterius jure hodierno processit, ut probabilis  
 tantum auctoritas responsis etiam ipsorum Scabinatumum  
 vel Facultatum concessa sit. Ut proinde judex in judican-  
 do ea præcise sequi non teneatur, uti diserte declarat Re-  
 cess. Imper. novissimus de anno 1654. §. 26. ibi: *Solche*  
*Consilia sollen weder in referendo weder in votando Ziel*  
*oder Masse geben.* Schrad. de Feud. Part. 10. Sect. 14. num. 93.  
 At vero hic notandum, quod verba hujus textus, hunc  
 versiculum præcedentia declarant, ibidem non promi-  
 scue sermonem de quibuslibet responsis JCTorum esse,  
 verum de iis tantum responsis, quæ a partibus priva-  
 tim expetuntur. Hæc enim responsa, cum ad Acta par-  
 tium tantum manualia, vel ad speciem facti, ex una sal-  
 tem



tem parte formatam, impetrantur, publica omnino actorum fide non per omnia probantur, quia scilicet non factis constat, an factum a partibus consulentibus integræ fidei fuerit ad scabinatum relatum. Ut sic parum tuto fides ejusmodi responsis haberi possit. Idem procedit in iis responsis, quæ judex citra petitionem & citationem partium ad sui tantum privatam informationem caute sibi exigit, atque pariter sequi non tenetur. Stryck. *us. mod. Pand. Lib. 1. Tit. 2. th. 7.* Aliter se res habet, quando vel partes ipsæ ad extraneos provocant, & inde judex ex officio partes ad inrotulandum citat, quo casu judex sententiam ita proferre debet, uti a Facultate vel Scabinatu est concepta. Prout notat idem *Recess. Imp. §. 113.* verbis *schulbig seyn.* Gambsius ad d.l. *Blum. Prov. Camer. Tit. 46. num. 20.*

TH. XLVII.

Ad incommoda quoque transmissionis referri debet: *Incommodum XIII.*  
*Quando in nonnullis judiciis speciatim dispositum est, ut judices non alio, nisi ad certum collegium Acta transmittant.* Uti ordinationem allegat Titius in *jur. privat. Lib. XII. cap. 9. §. 4.* Siquidem talis restrictionis transmittendi necessitas, libertati artium liberalium adversatur, & noxium quendam jurisprudentiæ dominatum inducit.

TH. XLVIII.

Porro nobis merito minus consulta videtur illa Actorum transmissio quæ fit *litis decidendæ causæ, ad unum celebrem Jctum;* Quod in nonnullis Germaniæ locis obtinere, notat Ludov. *Einl. zum Civil-Proceß cap. 24. §. 15.* Idque sequentibus rationibus adstruitur 1) quia fides ejus, in nulla

Transmissio ad unum celebrem Jctum.





la fide officii vel iudicii, sed tantum in bona opinione hominum consistit, quæ sæpe dubia, non omnibus æque probata esse potest, uti fieri solet in republica litteraria, ut suffragia illius, magis sint democratica, quam aristocratica. 2) Subsistit tota fides in præiudicio quodam auctoritatis humanæ, quod ambulatorium sæpe est, & pro fortuna temporum variat, in se certe infirmum & lubricum est juris fundamentum. 3) Evenit sæpe ut absentia famam augeat, quam præsentia multum imminuit. Conf. Stypman de *Referend. cap. 7. num. 189 & sqq.*

TH. XLIX.

Confilium

Atque inde præstaret usu transmissionis sublato. *Causam ac casum dubium, per supplicationum preces aut per relationes ad superiorem deferre, ac inde sibi decisionem expetere, posthabito extraneorum iudicio.* Id quod remedium longe commodius brevius, ac minus sumtuosum videri posset. Quamquam enim iure civili Justiniano relationes iudicum, super informatione juris impetranda, per *Novel. 125. cap. 1.* sint abolitæ; Attamen iure Canonico & moribus rursus in usum reductæ sunt. Ut hinc transmissiones Actorum ad extraneos cessare queant, quippe quæ in locum abrogatarum quondam relationum surrogatæ fuisse dicuntur. Hahn. ad *Wesenbec. Tit. de Appellat. num. XII.*

TH. L.

Epicrisis.


At vero huic confilio obstat; 1) Quod ita gradus jurisdictionis turbentur, & causæ, quarum decisio inferiori iudici demandata, contra ordinem iudiciorum statim ad supe-



superiorem devolverentur. Ac proinde 2) partibus gravatis, per indirectum beneficium appellationis adimatur, cum post causam, jam a superiore decisam, frustranea foret ad eundem provocatio, quippe qui Rescriptum suum, semel ad relationem inferioris judicis datum, non facile correcturus foret. 3) Onerarentur hoc modo judicia superiora causarum farragine & infinita multitudine, & plus justo onerarentur. 4) Foret hoc contra fines cuique Collegio præscriptos, siquidem sicuti judici superiori non datur regulariter *jus advocandi* causam a judicio inferiori, sine provocatione partium; ita e contrario judici inferiori non potest illimitata licentia concedi ac *jus obtrudendi* causas, ad forum superius nondum legitime devolutas. 5) Orietur inde inextricabilis causarum ac judiciorum confusio, & perpetua foret actorum de loco in locum, de manu in manum, transmigratio.

TH. LI.

Ex hisce proinde ex utraque parte pensitatis argu-  
 mentis, facile constare arbitror, hoc formandum esse Epilogus.  
 conclusum: *Quod transmissio Actorum non quidem abolenda in foris Germania, nec tamen promiscue eidem sit indulgendum, verum juxta judicium prudentis judicis, res ita temperanda sit, ne licitus ejusdem usus in noxium abusum degeneret.*



E

COROL-



COROLLARIA.

- I. Datur omnino principium aliquod juris natura certum, primum, ac universale, unde officia erga Deum, erga alios atque erga se ipsum, satis luculenter ac commode deduci possunt.
- II. Denominatio gentium moratorum, earumque consensus, non est principium verum ac adequatum juris naturalis.
- III. Juxta theoriam juris Romani novioris defendi potest illa sententia; quod prodigo possit testamenti factio concedi.
- IV. Sponsalia publica solo privatorum dissensu non possunt dissolvi.
- V. Non est rejicienda distinctio inter dominium directum & utile.
- VI. Verum est commune juris brocardicum: Kauff gehet vor Miethe juxta l. 9. C. loc. cond.
- VII. Fustigatio ac relegatio merito e republ. est tollenda, & alia pena substituenda.
- VIII. In processu executivo juramenti delatio facile non admittitur.
- IX. Est una majestas civilis, cui ecclesia quoque est subordinata.
- X. Ex jure Statuum legislativo fluit, quod per leges provinciales constitutionibus imperii derogare possint.

FINIS.

COROL

II



\* \* \* \* \*

ORNATISSIMO ATQUE MAGNÆ SPEI  
JUVENI  
**ANTONIO SEBASTIANO  
STRUVE**  
RESPONDENTI EXIMIO  
PATRUELI ATQUE AFFINI SUO AMANTISSIMO  
S. P. D.  
**D. FRIDERICUS CHRISTIANUS STRUVE**  
MEDICUS KILONIENSIS.

**Q**uodsi adeo latus universæ eruditionis est campus, ut modò partem aliquam emetiri nec assidua diligentia, nec protracta humana ætas valeant: magnam utique laudem ii merentur, qui a primis pueritiæ annis animum ad solidiorem doctrinam adplicant, in eaque acquirenda laudabili atque indefesso studio defudant. Maxime itaque Tu commendandus venis Ornatissime Juvenis! quod positis optimis in Philosophia atque elegantioribus litteris fundamentis, primæ jam juventutis ineunte ætate juris peritiæ ipsique connexis disciplinis incumbere omni studio cœperis. Quo factum etiam est, ut ephæbus vix factus præcocis Tui ingenii fructus edideris maturos in ædibus paternis, & insigni in litterarum studia ardore, moribus optime compositis, aliisque eximiis animi dotibus & Præceptoribus, & commilitonibus, & cognatione propinquis maxime sis acceptus. Optime etiam fecisti, quod ex consilio Illustris Tui Parenti vires etiam disceptando exercere, laudabiles in studiis profectus universæ Academiæ publice demonstrare, atque sodales ad parem diligentiam excitare volueris. Quum itaque haud impari gressu Illustræ Parentem majoresque Tuos seceris: non possum non, quin felicia imo felicissima quævis de Te augurer. Gratulor itaque Illustri Tuo Parenti, Patruo meo plurimum colendo, Academiæ falces quarta vice jam gerenti de filio optime instituto, cui, ut Deus vires vitamque largiatur diutissimam, atque Tu ipse senectuti solatio sis per plures annos ineffabili, ex sincere corde voveo. Gratulor Tibi etiam Ornatissime Juvenis! de prosperis studiorum successibus. Macæ ista virtute Tua, & quemadmodum Te eodem quo incepisti tramite strenue progressurum esse minime dubito: ita ut probata Tuæ virtutis æquos æstimatores & laboribus digna proemia aliquando obtineas, ex animo precor. Vale. Dabam Kiloniæ  
II. Non. Septembr. M DCC XLIV.






**M**irdens Heiligthum wird, wie man sieht und hört,  
Durch ihre Priester selbst entweiht und oft entehrt:  
Zwar läßt man ihr genug Altär und Tempel bauen.  
Doch ihr Verehren ist oft elend anzuschauen.  
Die noch um ihren Ruhm mit Ernst bekümmert seyn,  
Sind zwar an Eifer groß, doch an der Anzahl klein.  
Mein **STRUB**, ich dencke nicht die Wahrheit zu verfehlen,  
Dich in der Jugend schon zu dieser Zahl zu zählen.  
Ich kenne dein Gemüht und Deinen wahren Fleiß,  
Dein heutges Probestück verstärckt mir den Beweis.  
Und weiß ein Dichter ja das künfftige anzuzeigen.  
So seh ich Dein Geschlecht in Dir noch höher steigen.

Hiedurch wollte sich seinem hochgeehrten Freunde  
Glückwünschend zum geneigten Andencken em-  
pfehlen,

**Desselben**

ergebenster Freund und Diener  
**Friederich Nissen,**  
der Rechtsgelahrheit besitzener.



Etay



\* \* \* \* \*

**S**tay führt so oft Proceß, als nur Gerichtstag ist;  
Er hat es auch gelernt, denn er ist ein Jurist:  
Er hat, wenn mans bedenckt, wie fleißig er gewesen,  
Die Landesordnungen gelernt, und durchgelesen,  
Statuten durchstudirt, und was noch mehr beträgt,  
Sich auf den Lauterbach, und so was guts, gelegt.  
Hieraus fließt seine Kunst, hierauf ist er besiffen,  
Hierauf hat er studiert; Mehr braucht man nicht zu wissen.  
Betracht ich diesen Mann, **mein Strub**, so seh ich nicht,  
Warum sich wol Dein Fleiß so früh den Kopf zerbricht.  
So viel als Stay versteht, den doch das Glück erhebet,  
Lernt man noch Zeit genug eh man ein Jahr erlebet.  
Wiewol Dein edler Geist denckt nicht so sehr gemein.  
Ich seh Du willst beglückt, doch nach Verdiensten seyn.  
Dies Absehn zeigst Du heut in Deiner grünen Jugend.  
Die Ehre krönet Dich zum Lohne dieser Jugend.

Hinrich Schnauer,  
der Rechten besiffener.

⚔ ( o ) ⚔

E 3

Du



\* \* \* \* \*

**D**u lehest uns, Freund, durch dein Exempel,  
Es sey der Weg zum Ehren-Tempel,

Der Jahre Zahl nicht hinderlich.

Du eilst noch jung zu denen Stufen,  
Wohin uns Ruhm und Ehre ruffen,

Du streitest und erlangst den Sieg;

Und zeigst hiedurch der Welt und Deiner Vater-Stadt,

Wie viel man sich von Dir einst zu versprechen hat.

Dem Herrn Respondenten, seinem werth-  
geschätzten Freunde, seine Hochachtung zu  
bezeigen, setzte dieses

Dessen

ergebener Diener

**Wilhelm Hieronymus Fleegen,**  
der Gottesgelahrtheit besitzener.



Der



\* \* \* \* \*

**D**er Weisheit Sitz ist nicht bei Hof und in der Stadt,  
 Noch da, wo man für sie Altar und Tempel hat,  
 Man such sie nicht bei dem, den graues Haar umgiebet;  
 Wo denn? bey dem, der sie verehret, sucht und liebet.  
 Der Satz ist zwar schon alt, bekannt, und sonnenklar,  
 Doch **Du, geehrter Struv**, machst ihn noch heute wahr:  
 Dein junger Geist hat schon die Art erhabner Geister,  
 Und man sieht heut an Dir die Spuren Deiner Meister,  
 Fahr fort, sie leiten Dich in Themis Heiligtum;  
 Denn so verewigest auch Du des Vaters Ruhm.  
 Doch was ermahn ich Dich! man siehts, es wird geschehen,  
 Und man wird auch an Dir den Geist der **Struven** sehen.

**Carl Friedrich Richardi,**  
 der Mathematic und Weltweis-  
 heit beflüssener.

¶ ( 0 ) ¶  
 ¶

Eo



\* \* \*  
\* \* \* \* \*  
\* \* \*

**S**o ist's geehrter Freund! auf Arbeit folgt der Preis,  
Womit Minerva pflegt dieselben zu beschenken,  
Die sich um sie allein durch unermüdetn Fleiß  
Und angewandte Müß verdient zu machen denken.  
Du hast auch, Wehrtester, nach diesem nur gestrebt,  
Drum hat den steten Fleiß der Ehren Krantz belohnet,  
Der Himmel räume weg, was Dir zuwider lebt,  
So bist Du von Verdruß, wie man gewünscht, verschonet.

Hiermit empfiehlt sich des Herrn Respondenten  
beständigen Andenken

Deffen

ergebenster Freund und Diener

**F**riederich Theodor D'Arbemon,  
der Rechte besiffener.

\* \* \* \* \*

**V**erglückter Schluß, wer bloß die Wissenschaften wählet,  
Und selbe sich mit munterm Geist vermählet,  
Da blühet diese Kunst mit Seltenheiten.

**D**ich, Werthster! hat sie selbst geziert,  
und Struvenß Wis belebt und stets regiert:

Drum wirst Du sehn, Dich muß die Vorsicht ferner leiten.

Hiermit wolle dem Herrn Respondenten  
seine schuldigste Ergebenheit bezeugen  
**E**gidius Hinrich Thomßen,  
der Rechte besiffener.

\* \* \* \* \*  
\* \* \* \* \*











ULB Halle

3

005 361 46X




*50*











*Pra. 20. num. 40.*

*1744*

*17*

ACADEMICA  
DE

# INCOM- MISSIONIS ORUM

YAM  
ONE FRIDERICIANA,

ESIDE  
ACADEMIE MAGNIFICO  
**TLIEB STRUVIO,**

IS CONSILIARIO JUSTITIE,  
RE PRIMARIO, FACULTA-  
E p. t. DECANO,  
*DOMINO PARENTE.*

RIO MAJORI  
EMBR. MDCCXLIV.

ETIS HABENDAM  
EXAMINI SUBMITTIT  
**STIANUS STRUVE**  
LEGUM CULTOR.

OTTFRIED BARTSCHII,  
TYPOGR.

